

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis septimi - Fasciculus primus): Vol. VII.

London, 1830

Seite 52

14

TETRADYNAMIA SILICULOSA.

LEPIDIUM.

Linn. Gen. Pl. 333. *Juss.* 241. *Gærtn. t.* 141. *Br. apud Ait. Hort. Kew. ed. 2. v. 4.* 85. *DeCand. Syst. v. 2.* 527.

Silicula loculis monospermis; valvulis navicularibus. *Cotyledones* saepissime incumbentes. *Petala* aequalia.

TABULA 616.

LEPIDIUM SATIVUM.

LEPIDIUM siliculis elliptico-orbiculatis alatis, foliorum radicalium pinnis rotundatis incis; caulinarum linearibus integerrimis.

L. sativum. *Linn. Sp. Pl.* 899. *Willden. Sp. Pl. v. 3.* 435. *Br. apud Ait. Hort. Kew. ed. 2. v. 4.* 89. *DeCand. Syst. v. 2.* 533.

Nasturtium. *Matth. Valgr. v. 1.* 517. *Camer. Epit.* 335.

N. hortense. *Fuchs. Hist.* 362. *Ic.* 204. *Dod. Pempt.* 711. *Dalech. Hist.* 655. *Theophr. ed. Bod. a Stapel.* 766. *Ger. Em.* 250.

N. hortense vulgatum. *Bauh. Pin.* 103. *Tourn. Inst.* 213.

N. vulgare. *Bauh. Hist. v. 2.* 912. *Moris. v. 2.* 300. *sect. 3. t. 19. f.* 1.

β . *N. hortense crispum.* *Bauh. Pin.* 104. *Prodr.* 43, 44. *cum ic.* *Moris. v. 2.* 301. *sect. 3. t. 19. f.* 4.

N. crispum. *Bauh. Hist. v. 2.* 913.

Κάρδαμον *Diosc. lib. 2. cap.* 185.

Κάρδαμο *hodiè.*

In insulae Cypri arvis, inter segetes. ☉.

Radix annua, pallida, caudice simplici; infernè ramosa, fibrillosa. *Herba* glabra, glaucescens. *Caulis* solitarius, erectus, teres, laevis, solidus, foliosus, supernè alternatim ramosus, multiflorus. *Folia radicalia*, ut et *caulina inferiora*, pinnata; *foliolis* variè dilatatis, lobatis et incis; inferioribus latoribus; *superiora* ternata; *summa* simplicia, linearia; acuta, integerrima, recurvato-patentia. *Corymbi* oppositifolii, solitarii, densi, multiflori; mox elongato-racemosi. *Flores* parvi, albi. *Foliola calycina* patula, sub-aequalia, laevia, convexa, purpureo variata; margine tenui, albo. *Petala* obovata, patentia; *unguibus* longitudine calycis. *Stamina* sex, quorum duo lateralia exteriora magis patentia, parùmque breviora. *Germen* orbiculatum, emarginatum, compressum. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum. *Silicula* elliptico-orbiculata, laevis; supernè